

V g
1075




Vg
1015

PAVLI . III . ROMANO
RVM PONTIFICIS AD
CLERVM CITATIO GENERALIS
per omnes partes Mundi
missa .

CONSILIVM COLLE
GII CVIVEDAM DE MANDATA
dimissione Concubinarum
solliciti .

Qui noua bona vult audire
Quæ valde prodest cunctos scire.
Sacrificos & moniales.
Monachos, & omnes tales,
Qui castitatem vouerunt
Sed caste nunq̃ vixerunt
Hi debent omnes huc venire
Et aures ambas aperire.



PAVLI III. ROMANI

RAMONTIENSIS AB

GERVM CITATIO GENERALIS

per omnes partes Mundi

missa.

CONSILIUM COLLE

GIU CIVITATUM DE MANDATA

sumptione Conciliarum

sollicit.

Qui non bona vult audire

Quis vultis quod sitis

Barbicos & moniales;

Monachos, & omnes tales;

Qui castitatem venerunt

Reddite nunquam vixerunt

Hi debent omnes huc venire

Et omnes ambas sperare.

REPUBLICA

REPUBLICA

PAVLI . III . ROMANO
RVM PONTIFICIS AD
CLERVM CITATIO GENERALIS

per omnes partes Mundi

missa .

Ego Paulus III. seruus seruorum
Et indignus Dominus Dominorum,
Opto vobis sedis benedictionem,
Et sanctissimi Papæ perfectionem,
Venit in nostram & Sedis notitiam,
Clerum nostrum exercere nequitiam,
Et Laicos Clerum velle reformare,
Eorum Culinaria subiecta infatuare,
Et quoniam quandoquidem, hercule, vero,
Ne remedium præbeatur nimis sero,
Cum consilio Cardinalium cætus,
Sacrae nostræ Sedis, sacri foetus,
Concilium indiximus Tridentinum,
Quod placet nobis nominare Paulinum,
Non quod audiatur ibi Diuus Paulus,
Sed ibi præsideat minax Saulus.
Synodo volumus Tridentum ornare,
Et Concilio in æternum infamare
Pontificij culminis autoritate,

hoc est
cum Card
dinalibus
qui sunt
Creatura
Pape.

A ñ Et

Et in magna & multa pluritate,
Mandamus, vos cito venire Tridentur,
Et approbare nostrū pulchrum cōmentum.
Nostra causa erit percacata,
Nisi ea bene fuerit fucata.
Non debetis de Scriptura cogitare,
Nec vos lectione Bibliæ plagare.
Vincendi Hæreticos est breuis via,
Sicut est citus cursus in Diarria,
Debetis tantum Potentes exacerbare,
Tunc poterimus hæreticos incinerare.
Sic proceditur in vrbe curialiter,
Et in concilijs Papæ magistraliter,
Ne autem sit vobis eo venire in vanum,
Et vestræ continentiaē male sanum
Indulgentiarum largior quadriñas,
Vnicuiq; huc vianti carinas.
Valete Pancratice & Papaliter,
Athletice, Canonice, & adipaliter.

EPISCOPI MANDATVM GE-
nerale ad Clerum.

Papæ & Concilio debetis obedire,
Vestris concubinis in post non cōdormire
Nisi vultis in iram Papæ & Sedis venire,
Videte vos, ego volo sine culpa transire.

Decani

DECANI CITATIO AD VICARIOS

Posita in valuis Ecclesiæ.

Vestra res agitur Vicarij
Qui estis indocti Horarij
Cras in tempore mox hora prima,
Adeste in Decani culina,
Ibi audietis nouitates,
Romanæ sedis prauitates,
Volunt Clericis nunc prohibere,
Cum mulieribus clam sedere:
Ad eas suas votiuas portare,
Et eas post vespervas amare.
Nolite venire iam cessare,
Nisi postea vultis plorare,
Si eas in corde vestro amatis,
Nunc oportet strennue pugnatis,
Prodest ad pias deuotiones,
Coitu vagas cogitationes
Procul a se abalienare,
Et Coquam post missam deuotam amare:
Quid multum frustra in uentum dico,
Et occipitium manu frico,
Cras turbatim huc aduolate,
Et Coquas vobiscum portate,
Vt vnaquæq; pro se dicat,
Sicut virtus eius micat.

A iij Consilium

CONSILIVM COLLE-

GII CVIVSDAM DE MANDATA

dimissione Concubinarum, solliciti,

exceptum cursorie a Pasquillo N.

Publico Notario,

CLerus & Presbyteri nuper confedere,

Tristes in Capitulo simul & dixere,

Nostras vult ancillas Præsul remouere,

Quid debemus super hoc ergo respondere?

Questio proposita bene ventilatur,

Decanus Collegii primus sic præfatur.

Fratres, nobis omnibus Pontifex minatur.

Post quas minas, metuo pæna ne sequatur.

*Generis
femini.*

Cū pro nostris famulis sumus aggrauati,

Videamus prouidi quo sumus parati,

Ad mandatum Præsulis nostri vel Legati,

Respondere fortiter, vel sumus damnati.

Incipit Capituli Doctor & Prælati,

In Iure Canonico bene vir fundatus.

Grauis hic est Domini, questionis status,

Remouere famulas, vetus est tractatus.

Non

Non humana tollit Lex neq; Prælatura,
Quod habere fragilis postulat natura,
Sitæ castæ regula, Lex est nimis dura,
Sola vita Angelica potest esse pura.

Hinc est gradu Senior tremulus sic fatus,
Ego credo, Domini, quod sum fascinatus.
Si vult meam famulam tollere Prælatas,
Continere valeo, non ero iratus.

Hoc Cantor arripiens sonat cum clamore
Quid? non est supponere vestro in valore,
Vultis ergo iuvenes driuare hoc vigore,
Confusus est Senior magno cum rubore.

Ergo sic sententiam cæpit emendare,
Nolo, Cantor, famulas Clerum deiurare.
Modicum ob Laicos placet occultare,
Vt possimus Præulis iussis obuiare.

Dixit Thesaurarius, potest hoc transire,
Me regit vna bestia, sinerem salire,
Sed non vult monocula meretrix abire,
Cum Seniore alias cuperem cambire.

Tunc in Consistorio omnes corrisere,
Noster Thesaurarius non est stultus vere,
Quod pro cute pessima, quã nequit cõplere,
Senioris lepidam postulat habere.

Increpat

Increpat Scholasticus, pulchras remouere,
Non est res ridicula, dico vobis vere,
Vt vult noster Dominus potest prohibere,
Ego non ad biduum queo continere.

Inquit Structurarius longa de statura,
Homo Dei fragilis vt est creatura,
Nequit absq; fœmina esse sine cura,
Scio mihi minime fallit hæc scriptura.

Vltimus Canonicus sic argumentatur,
Vir ad impossibile nemo obligatur.
Clero pudicitia scitis quod non datur,
Retinere famulas ergo concedatâr.

VEnit ad Præsbyteros ordo circularis,
Primus Romæ fuerat diu Curialis,
Et in Iure Canonum, tritus, & localis,
Erat allegatio huius pulchra talis.

Credo quod hâc Domini nostis Clemētina
Omnis Clericus debet habere Concubinam,
Dixit hoc qui coronam auro gerit trinam,
Hanc retinere iustum est Clerum disciplinam

✠
Juxta illud/
Diliges proximum tuum
sicut teipsum.

Surgens vnus Præsbyter turba de totali,
Quem tangebatur species generalis mali,
Vnam inquit teneo ✠ amore legali,
Quam nolo dimittere pro Decreto tali.

Loquitur

Loquitur Vicarius ordine secundus,
Qui natura minime vir fuit facundus
Se no meus erit hic brevis & rotundus,
Non sum potens viuere sine Coqua mundus

Tertius hinc retulit, loquēs ad Conuentū
Ego quondam habui Concubinas centum.
Et nunc vnā habeo carnis complementum
Scio mihi bene stat auri quod Talentum.

Dixit Quartus Presbyter animo irato,
Ah, quid nūc dicendū est nostro de Prælato?
In amandis famulis quondam delicato,
Nūc cum nequa amplius, habet pro peccato

Inde Quintus ordine confutabat ita,
Ista noua friuola sunt iam satis trita,
Per Reginam gloriæ, quæ est polo sita,
Meam nunq̄ deseram in præsentī vita,

Sextus hinc est Præsbiter loqui sic paratus
Quid de mea facere Coqua vult Prælatus?
Si cum Concubinarijs fuero damnatus,
Ego tantum proprios portabo reatus.

Septimus Sacrificus nequibat tacere,
Non est opus referens nobis hoc timere,
Qui nos ab ancillulis iubet abstinere,
Debet in reatibus plura prouidere.

B Tunc

Tunc Octauus Præsbyter dixit hæc sincere
Hac lege periculum fit de nostro ære.
Forte Bursam vacuum Præsul vult compere,
Si quid do, hoc iterum debet Coqua nere.

Nonus, ait, clamitans in suo furore,
Non me coget Pontifex minis & terrore,
Quo illi nummos præbeam pro Dei amore,
Vt in pace maneam mea cum forore.

Non dimitto Decimus, dixit, meum morem,
Dedit mihi calidum natura cruorem,
Oportet me viuere carnis per laborem,
Vt ne continentia vertar in furorem.

Loquitur Vndecimus Senior modeste,
Quod ante se sumpserat in corde moleste,
Si fateri debeo cuncta manifeste,
Nemo potest viuere Clericus honeste.

Ad hæc Duodecimus est ita erectus,
Artibus Rhetoricis plenus & perfectus
Nunc sine socia meus erit lectus,
Donec me decrepitem fecerit senectus.

Protulit Tredecimus, nostras repentinus,
Fideles in omnibus, bonas Concubinas
Nolumus dimittere propter breues minas,
Concubinæ pectora pulsant matutinas.

Inde

INde Quartus decimus quidā Capellanus,
Disputando fortiter, prætendebat manus,
Actus est inutilis, friuolus & vanus,
Qui non amat famulam, non est mente sanus

Dixit Quintusdecimus, quando bibo vina,
Et me seminus recipit hora matutina.
Tunc quod mecū dormiat volo Concubina,
Ne mihi deficiat carnis medicina.

Doctus Sextusdecimus in Philosophia,
Omne habet, retulit, quare suum quia,
Si mihi vna famula tollitur e via,
Extra volo alere pulchra scerta tria,

Septimus & decimus pauper Cōmendista
Pectore de simplici plane dixit ista,
Ego non sum, Domini, diues & Sophista,
Non queo ancillulam tegere in cista.

Murmuravit proxim⁹ ventre valde crassus
Quod non vidit Socium suum diu fassus,
Ego iam sum famulas diligendo lassus,
Et per impossibile cogor esse castus.

Nonus, ait, decimus dicam hic sub rosa,
Totus hic ad litaram textus est cum glosa,
Iussio Pontificis hæc religiosa,
Non erit vxoribus Ciuium damnosa,

B ij

Et

Et notate memores bene prædictorum,
Quod si vetat Pontifex socialem thorum,
Totum cernet postea mox adulterorum,
Ne quid dicam grauius, plenum esse chorum

Hinc est vox Vigefimi voto terminata,
Sancta Virgo Maria nostra aduocata
Iuuet nos, ne Præfulis Lex sit diu rata,
Vita sine famulis, non est mihi grata.

SIC cōclufit Monachus tandē Prædicator
Squis scit? an hoc hominū cupiat Creator?
Vt Sacerdos definat prolis effe fator,
Et humani generis ita conseruator.

Zacharias habuit prolem & vxorem,
Qui Iohannem genuit filium maiorem
Baptizauit totius mundi Redemptorem,
Non credo quod pereat feruans istū morem

Dauid Rex sanctissimus, frigidus senectā
Lufit cum iuuencula, quæ fuit electa.
Ea res in Propheta non fuit suspecta,
Nobis peccatoribus potest esse recta.

Dedit enim Dominus maledictionem,
Viro qui non fecerit generationem,
Ergo cunctis, consulo, per hanc rationem,
Generent, vt habeant benedictionem.

Canis

Canis semel rapiens carnem ad macellum
A furto non abstinet, nec timet cultellum.
Sic nocturnum Clericus suetus ad duellum,
Non curat Pontificis minas, nec duellum,

Coram tota Curia Papa declaravit,
Sacerdos qui hic, & hæc, & hoc declinavit.
Omnes qui non generant excommunicavit,
Ex Sorore Filium ipse procreavit.

Quod Papa cōcesserit, quis potest vetare?
Cuncta potest soluere solus, & ligare
Laborare Rusticos, milites pugnare,
Iussit, & præcipue Clericos amare.

Habeatis, Clerici, duas Concubinas,
Monachi, Presbyteri totidem vel trinas,
Decani, Canonici, quatuor vel quinas,
Et tandem implebimus sic leges diuinas.

SENIORIS CAPITVLARIS DE cumbentis relatio.

INquit Senior, nolite minus curare,
Volumus Episcopo responsum tornare.
Nos non caste, sed caute Famulas amare,
Vt sit contentus volumus propinam dare.

B iij Puerilis

PVERILIS PRAEBENDATI EX.

tra Capitulum situati, Responsio.

Ego habeo vnam puerilem Praebendam,
Quam in antea cambiui per pinguem
Commendam.

Volo potius hanc bonam relinquere Mercedem
Quam Cocam meam non habere amplectendam

NOTARII CAPITVLI INTER

bonos socios Confessio.

Bona Instrumenta magis scio vulgare,
Quam vnam propriam Concubinam pastare,
Tamen omnia volo libentius cassare,
Quam Canoniorum famulas non amare.

SENIORIS VICARIORVM DOMI

desidentis, Responsio.

Fratres mei, olim fui bonus,
Nunc nil est nisi verborum sonus,
Scortari meus tunc erat thronus,
Nunc deinceps ad nihil sum bonus,
Vnusquisque dicat suum intentum,
Et audaciter erigat suum mentum,
Non est, credite, leue figmentum,
Sed serium Praesulis commentum.

Salua additione cuiuscunque
semper vltiori & meliori.

Fig 1015 BK


(A 7705373)

M. 1










B.I.G.

Farbkarte #13



ROMANO
IFICIS AD

IO GENERALIS
artes Mundi
a.

M COLLE
DE MANDATA
oncubinarum
citi.

lt audire
t cunctos scire.
ales.

es tales,
erunt
erunt
uc venire
rire.

